

www.e-rara.ch

Alphabetum morale

Weber, Marcellus

Typis Principalis Monasterii S. Galli, 1768

Stiftsbibliothek St. Gallen

Shelf Mark: SGST 14038

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-101628>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]


Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

STIFTSBIBLIOTHEK

14038


ST. GALLEN





1768

293.



ALPHABETUM MORALE

ID EST

Casus viginti quatuor ex materia de Virtutibus Cardinalibus selecti, atque publicæ discussioni expositi

SUB GRATIOSISSIMIS AUSPICIIS
CELSISSIMI, AC REVERENDISSIMI

S. R. I. PRINCIPIS

A C

DOMINI DOMINI

B E D Æ

PRINCIPALIS MONASTERII S. GALLI,
NEC NON EXEMPTI MONASTERII S. JOANNIS

IN VALLE THURÆ ABBATIS, REGII ORDINIS B. V.

ANNUNTIATÆ EQUITIS, PRINCIPIS, AC
DOMINI CLEMENTISSIMI.

Defendent.

RR. RR. FF. GABRIEL KÜTTEL, PLACIDUS STADELMANN,
MAURUS CHRISTEN, BERNARDUS HANNES, ad S. Gallum Professi, & Ss. Theologiæ Candidati.

PRÆSIDE

P. MARCELLO WEBER, ejusdem Princip. Monast.
Capit. & Ss. Theologiæ p. t. Professore Ordin.

Die 12. Mensis Augusti Anni MDCCLXVIII.

1768

~~~~~

CUM LICENTIA SUPERIORUM.

~~~~~  
Typis Principalis Monasterii S. GALLI.



A.

Miles contra hostes Religionis pugnaturus quærit, an si pro fide decertans occumbat, martyrij coronam, & aureolam sperare possit? R. Non potest, quia certans moriendo Christum non imitatur.

B.

Peregrinus iter faciens per Diocesin, in qua ex particulari consuetudine, vel præcepto servatur jejunium, dubitat an se conformare teneatur? R. Non tenetur, quia moraliter non censetur membrum, vel subditus communitatis, per cujus territorium transit.

C.

Mercenarius quo die in loco domicilij sui feriæ celebrantur Patroni Ecclesiæ, inde egressus alibi opera servilia exercet, an licite? R. Seculo scandalo licite, quia utitur jure suo.

D.

Homo delicati stomachi, & carniū avidus tempore jejunij ingreditur territorium, in quo dispensatum est quoad esum carniū, ex proposito vescendi carniū, an peccat? R. Per se non peccat contra legem jejunij, quia ejus obligatio per dispensationem in loco quoad hanc partem sublata est.

E.



E.

SExagenarius sano, ac vegeto corpore senectutis incommoda nulla sentiens, dubitat, an privilegio ætatis à jejunio eximatur? *R.* Probabilius non eximi, quia de hoc privilegio non satis constat.

F.

Studiis impense addictus angitur scrupulo, an sumptione potus Thee, Caffee, aut Cocholata non infringat jejunium? *R.* Non infringere, si cum debita moderatione utatur.

G.

Miles in prælio graviter vulneratus, ne longiori torqueretur dolore, volens, ac instantè rogans, abs amico commilitone plene conficitur; dubium est, an injuriam patiatur? *R.* Gravem DEus patitur, nullam miles, quia volenti, & consentienti non fit injuria.

H.

Iter faciens forte reperit anulum magni pretij, cujus Dominum comperire non valens, quærit, an ejus pretium pauperibus erogare teneatur? *R.* Non teneri, quia potest præsumere de voluntate Domini, atque munire se titulo præscriptionis.

I.

Concivis contra Cajum legitime præscripsit servitutem in ejus prædio, sed cum hic nullam negligentiam admisisse videatur, dubitat an sine læsione conscientie hac servitute uti possit? *R.* Potest, quia lex præscriptionis fundatur in periculo universali.

K.

Cum bona Affinis venia, & liberali concessione nonnemo hausit ex ejus fonte aquam, & transit per ejus prædium tempore, quod ad præscri-



scriptionem sufficeret, nunc jure id prætendit, an recte? R. Minime, quia in actibus meræ facultatis non habet locum præscriptio.

L.

Vir nobilis dolo circumventus emit equum Saxonicum magno pretio, putans esse Danicum, quæritur, an contractus sit validus? R. Validus est, quia error, & dolus accidentalis non irritat contractum.

M.

Rusticus gravi metu adactus, nobili, ac diviti vicino agrum vendit vilis prætio, num valet contractus? valet, quia metus non tollit voluntarium.

N.

Creditor abs debitore metu gravi adactus lacerat chyrographum, debitum condonat, juratque promittit, se debitum nunquam deinceps exigiturum; quæritur, an hæc promissio jurata sit valida? R. Est valida, quia metus injustus, etiam gravis, licet minuat, non tamen tollit voluntarium.

O.

Pater habens Usumfructum in bonis adventitiis Filii sui, si professionem emittat in Religione bonorum stabilium capaci, quæritur, an usumfructum ad dies vitæ ad Monasterium transferat? R. Transfert, quia Monasterium in omnia jura professi succedit.

P.

Mercator dolo circumveniens emptorem vendit mercem pretio dimidio prope justum pretium, excedente; quid juris? R. Mercator tenetur ad restitutionem, emptori tamen non conceditur actio, quia læsio est infra dimidium.



Q.

Molitor cum similis farinae hominibus conspirat, ut coemptum à se frumentum vendant summo pretio; an peccant? *R.* Probabilius non tantum contra charitatem, sed etiam contra justitiam.

R.

Dives opum, & abundans pecunia hinc inde censum constituit in fundis, rebusque frugiferis, sed angitur, an tuta conscientia pensiones inde acceptas tenere possit? Poteest, si majores non exigit, quam jura, & consuetudines admittunt.

S.

Oberatus à Titio amico accipit mutuum eo pacto, ut illi prædij cujusdam usumfructum concedat, donec mutuum restituat; quæritur, an contractus sit licitus? *R.* Non est, neque Titius ex fructibus prædij amplius capere potest, quam lucrum cessans, & damnum emergens admittat.

T.

Studiosus apud Mercatores, & caupones accepto mutuo, non modica debita, nulla suadente necessitate, aut honestate contrahit; à debitoribus in jus vocatus se defendit privilegio S. C. Macedoniani; quæritur, an in conscientia quóque liber sit? *R.* Liber est, & ad nihil tenetur, quia S. C. Macedonianum tollit etiam obligationem naturalem.

V.

Cum Beneficium, cujus ipse Patronus existit, contulisset minus digno; quærit, an contraxerit debitum restituendi aliquid digniori? *R.* Ex eo præcise, quod justitiam distributivam non servaverit, ad nihil tenetur, quia restitutio est actus solius justitiæ commutativæ.

W. De-

W.

DEvota Uxor à moriente Marito rogata, ut pro eo solvere velit ex suis debita, quibus expungendis ipse non sufficeret; annuit, ea opinione ducta, neminem in cœlum intromitti, nisi solutis debitis. R. Pia voluntas, sed sine scientia: cum restitutio non sit necessaria de necessitate medij.

X.

Quidam vendidit Cajo equum, qui priusquam extraderetur furto sublatum est; quæritur, cui perierit? R. Cajo, quia periculum, sicut & commodum est penes emptorem.

Y.

Sartor industrius pro Cajo emit pannum viliori solito pretio, sed à Cajo petit pretium ordinarium, imo aliquantulum majus, an justè? R. Injuste, quia violat leges contractuum.

Z.

IN extrema necessitate abstulit hinc inde, quo vitam sustentaret; cum autem ad pinguiores fortunam venisset, dubitare incipit, an teneatur ad restitutionem? R. Si in necessitate constitutus re, & spe pauper fuit, non tenetur, nec ex titulo injustæ detentionis, quia supponitur esse consumptum: nec injustæ ablationis, quia in extrema necessitate omnibus omnia sunt communia.

Ut

In omnibus glorificetur
DEUS.

W.

Devis Uxor & monachis militis regis, ut pro eo solvere velit ex
his debitis, quibus expungendis tale non tuncet; annuit, et o-
pione ducta, neminem in celum sortemini, nisi solutus debitis. R. P.
voluntas, sed sine solentis: cum restituito non sit necessaria de necessi-
tate mensi.

X.

Quidam vendidit Casa opum, qui priusquam extraxerent furo sub-
latus est; queritur, cui perierit? R. Casa, cui periculum, licet
& commodum est peres emptorem.

Y.

Sator industrius pro Casa emit panem viliori solito pretio, sed si
Casa perit prius ordinatum, uno aliquotulum magis, an iuste?
R. Iuste, quia violas leges contraximus.

Z.

In extrema necessitate abstulit hinc inde, quo vitam sustentaret; cum
autem ad pinguiorem fortunam venisset, dabat incipit, an tenet-
tur ad restitutionem? R. Si in necessitate constitutus sit, de spe pauper
sunt, non tenetur, nec ex titulo iniuste detentionis, quia supponitur et
se conscripsum: nec iniuste abstulit, quia in extrema ne-
cessitate omnibus omnia sunt communia.

U.

In omnibus glorificetur
DEUS.

